

qd' dicitur **Q**uod dicitur in iudiciis subordina. i. dicitur  
 con. s. t. m. s. i. p. i. g. u. s. x. p. i. e. s. t. **Q**uod panis est panis  
 s. m. i. d. n. o. r. n. i. e. p. a. r. t. i. c. i. p. i. o. c. o. r. p. o. s. d. e. i. q. s. t.  
 q. n. i. u. n. u. s. p. a. n. i. s. e. t. v. n. i. c. o. r. p. o. s. m. u. l. t. i. s. u. n. i. s.  
 o. m. n. e. s. q. u. i. d. e. v. n. o. p. a. n. e. d. e. v. n. o. n. i. l. i. u. p. a. r. t. i. c. i. p. i. o.  
 p. a. n. i. s. **Q**uod dicitur i. s. t. s. e. c. u. n. d. u. m. m. u. n. d. u. m. **Q**uod dicitur  
 a. b. u. s. h. o. s. t. i. a. s. p. a. r. t. i. c. i. p. o. s. s. e. t. a. l. i. u. m. **Q**uod dicitur  
 d. i. c. o. q. d. p. a. n. i. s. p. r. o. d. u. c. t. u. s. s. u. n. t. o. m. n. i. a. q. u. i. s. u. n. t. q. d.  
 p. a. n. i. s. s. u. n. t. a. l. i. q. u. i. d. **Q**uod dicitur s. i. v. n. o. m. i. n. i. s. a. l. i. q. u. i. d. e. s. t.  
 d. e. m. o. n. i. a. s. p. r. o. d. u. c. t. u. m. **Q**uod dicitur d. i. c. o. v. t. **Q**uod dicitur  
 v. o. s. p. a. n. e. s. s. e. i. d. e. m. o. n. i. o. r. **Q**uod dicitur p. o. s. s. i. b. i. l. i. t. a. t. e.  
 d. o. m. i. b. i. l. i. t. a. t. e. **Q**uod dicitur d. e. m. o. n. i. o. r. **Q**uod dicitur p. a. n. i. s.  
 t. e. s. t. i. s. m. e. n. s. e. d. o. m. i. p. a. r. t. i. c. i. p. o. s. e. s. t. **Q**uod dicitur p. a. n. i. s.  
 d. e. m. o. n. i. o. r. **Q**uod dicitur m. u. l. t. i. p. l. i. c. i. t. a. t. e. d. e. i. **Q**uod dicitur  
 f. a. c. t. i. o. n. e. i. l. l. e. s. i. m. i. l. i. t. u. m. **Q**uod dicitur i. n. i. l. l. i. c. i. t. a. t. e. p. a. n. i. s.  
 o. m. n. i. a. q. u. i. p. a. r. t. i. c. i. p. i. o. d. e. i. **Q**uod dicitur m. u. l. t. i. p. l. i. c. i. t. a. t. e. v. n. o. d. i. c. i. t. u. r.  
 s. u. n. t. **Q**uod dicitur q. d. s. u. i. u. s. e. s. t. q. u. e. n. t. i. s. s. e. q. d. a. l. i. u. m. **Q**uod  
 dicitur q. d. i. n. v. i. c. i. l. l. i. u. s. v. e. n. i. t. m. e. m. o. r. i. a. t. u. m. i. n.  
 t. h. i. l. m. i. n. i. s. t. r. a. t. i. o. n. e. p. a. n. i. s. c. o. n. s. c. i. e. n. t. i. a. **Q**uod dicitur s. i. v. n. o. m. i. n. i. s. e. s. t.  
 t. e. a. m. **Q**uod dicitur p. l. e. n. i. t. u. s. e. u. s. **Q**uod dicitur q. u. i. v. e. n. i. t. v. n. o.  
 i. n. f. i. c. i. l. i. u. s. a. d. c. o. m. m. u. n. i. t. a. t. e. m. **Q**uod dicitur v. o. b. i. s.



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

DISPUTATIO  
Institutionum Anatomicarum V I.

# DE LIENE.

*Quam*

D. O. M. A.

SVB PRÆSIDIO


TOBIÆ KNOBLOCHII,

Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

*In celeberrima Witebergensium Academia  
defendendam suscipiet*

Georgius Eberlinus Spi-  
zensis Austriacus.

*Ad diem 29. Iulij, horis & loco notis.*



VVITEBERGAE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

Anno c15 15 CVII.

VIRIS  
Nobilissimis, Excellētissimis,  
Clariss. & Prudentiss.

Dn. IOANNI OBERNDORFERO,  
Philosophiæ & Medicinarum Doct. solertissimo,  
Comiti Palatino Cæsareo, Illustrissimiq; Principis  
PHILIPPI LVDOVICI Palatini, &c. Medico  
& Consiliario peritissimo.

Dn. MATTHIÆ ANOMOEI, Philoso-  
phiæ & utriusq; Medicinæ Doct. eximio, Mathe-  
maticum Professori in alma Leucorea  
celeberrimo

Dn. MICHAELI KHVGLERO, Com-  
missario Cæs. Majest. dignissimo,

Dominis Mecœnatibus, Fautoribus, Promotori-  
bus atque Patronis suis omni reverentiæ &  
observantiæ cultu æternum  
honorandis

*Hanc de corpore humano Ἀγορεύων in debite grati-  
tudinis τρυφήν submitte*

Dicat & consecrat

Georgius Eberlinus Spizensis,  
Austr. Respondens.



OSTO VAM EPAR REGIVM IL-  
 lum cocum, venarum fontem & originem, una  
 cum vesicula satis superq; examinavimus & ven-  
 tilavimus; ordine jam jubemur, ut lienem exa-  
 minationi subijciamus.

## Caput de Liene.

LIEN est membrum carne molli ac spongi-  
 osa, venis & arterijs plurimis ita conformatum je-  
 corique oppositum, ut non solum excremento  
 crassiori recipiendo, sed etiam sanguini generando  
 quodammodo dicatum esse videatur.

1. Lien grecis dicitur σπλιν i. e. splen, Cels. lib. 4. ἀπὸ τῆς  
 ἀσπύχης, quod viscus sit & intus abditum: vel potius ἀπὸ τῆς ἐκ  
 ἐαυτοῦ ἰσχυρῶς ἀδραγῆς τῆς φασί, ἵνα ἐκ τῆς ὑπερῶν ab eo, quod in seipsum at-  
 trahat malignos humores. ut Bauh. lib. 1. cap. 43. docet.

2. Compositio ejus est ex tunica, propria carne, vena, arteria,  
 & nervo.

3. Tunica hujus, quae tenuis & simplex est, à peritoneo oritur, &  
 omni ex parte carnem ejus, cum mollis sit & laxa, munit & cingit,  
 ideò non modò vinculum, sed etiam vestimentum lienis à Gal. 4.  
 de usu part. 15. & dom. Leo: nominatur.

4. Habet etiam tria vasorum genera venas, arterias & ner-  
 vos.

5. Venas quod attinet, triplices sunt à trunco vena porta pro-  
 ducta & splenica vocantur. Gal. 4. de usu part. 15.

6. Primae in lienis corpore desinunt, quarum beneficio lien  
 crassum

crassum & melancholicum succum attrahit, ex quo sibi idoneum alimentum colligit.

7. Secunda vena splenica ab ipso splene dirigitur in os, vel ut alijs placet, infundum ventriculi, ut ventriculum astringat, & in angustum abducatur, ut actio ejus firmior & validior reddatur, ut appetentiam (ut Avicenna vult) dejectam excitet. Gal. 4. usu part. 15. Item 5. de usu part. 4. 6. admin. anat. 10. Hujus rami beneficio quartana laborantes vomitu ante & post paroxysmum multum juvantur, quia in hac non modò lien, sed etiam ventriculus afficitur. Bauh. d. l. *Usus Avicennæ rejicitur à Fuchsio & quidem hac insulsa ratione, quod, ut ille putat, Galenus hunc non docuerit, neque invenerit: sed Vallesius egregiè Fuchsio respondet & ait: Quasi verò nihil novum jam inveniri possit, aut inventis addi: imò Avicennam hoc ipso usu inventionis viam aperuisse asserit. Ideoq; Avicennæ sententiam sequenti ratione defendit. Acidi fructus reparant appetitum. E. & melancholicus humor, qui acidus, ut docet etiam Galen. lib. 1. de causis sympto: 2. Si multus succus nimiam facit appetentiam, sive famem præter naturam certè parvus faciet parvam sive famem naturalem, &c. Valles. controverf. lib. 1. cap. 20.*

8. Tertia vena à splene deorsum prodeunt, simulq; sinistro sinu, & retrorsum devoluta, quod ad rectum intestinum peragraverint, & in podicem desierint: in hunc usum, ut quicquid sanguinis ejus, qui est lienis alimentum, superfluxerit, fiat inferiorum partium alimentum, ne disperdatur. De nutritione enim natura ita sollicita est, ut nihil, quod alere possit, perdi velit. Ab eodem ramo venæ etiam hæmorrhoidales internæ oriuntur, quarum beneficio melancholicus sanguis certo tempore expurgatur, quamvis hic humor sæpe expurgetur per arterias, non duntaxat in intestina, sed ad emulgentes demandatus ad renes, ita ut rectè in affectibus melancholicis naturam imitantes diureticis utamur. Plura vide supra in Epatis explicatione de venis.

o. Ar-

9. Arterias multas habet à cœlica, quæ ab aorta sub diaphragmate prodiit, eadem ferè ratione, eodemq; numero, quo venas, non solum ut ei facultatem vitalem largiantur, 4. de usu part. 15; sed etiam ut innatum calorem melancholico humore obrutum perpetuo suo motu ventilando & fovendo corpus lienis tueantur, crassus sanguis evacuetur & lien expurgetur, ut docet Bauh. lib. 1. cap. 43. Gal. lib. 4. usu part. 15.

10. Nervos suggerit costalis sinister à sexta conjugatione, per costarum radices parte interna, quos tunica in substantia lienis habet. 4. de usu part. 16.

11. Usus lienis quod attinet, de hoc inter Philosophos & Medicos longa & ampla est disputatio. Quidam enim cum Aristotele ipsius usum cum Epate communem statuunt; ajuntq; mutuam sibi prestare operam. Ut Alexander Aphrodisæus sect. 2. probl. Aretæus lib. 1. de causis & signis chronicor. & autor libelli de respiratione. Alij & quidem plurimi cum Galeno 1. de sanitate tuenda lib. de formatione fœtus 6. de locis affectis 2. de natural. facul. lib. de atra bile, ut melancholicum humorem arripiat & concoquat, sanguinemq; ita à terreno melancholico humore expurget. Denique nonnulli sunt, qui tenuissimum sanguinem, videlicet spiritus vitalis materiam in eo preparari autumant; ut Vlmus. Singulis his rationes suæ satis speciosæ non desunt.

12. Qui primam tuentur sententiam, stabiliunt eam his rationibus sequentibus: 1. Propter constructionis cum Epate affinitatem, carnisq; propriae temperamentum.

13. 2. Quod affecto liene tam quàm affecto Epate impediatur & ledatur sanguificatio.

14. 3. Quod jecore extremè leso, nihilominus subire aliquandiu queat lien munus illud sanguificationis. Non secus ac depravato uno rene, vices aliquandiu illius sustineat alter, propter arterias adjuvantes, quæ in liene longè plures reperiuntur, quàm in Epate.

Quodq̄ non verisimile sit, tantum nativi caloris conservandi gratia has insertas esse, siquidem paucioribus id, utpote in hepate & in alijs locis effici potuisset.

15. Illis itaq̄, ultimus finis manet is, ut sanguis arteriarum in liene cum sanguine vene portae & in renibus cum sanguine vene cave participet.

16. Hoc itaq̄ factum censent ob necessitatem, ut nimirum sanguis, qui nutriendo corpori aptari debet, satis perfecte elaboretur. Et ut in cerebri sinibus, thoracis pulmonibus, sic in imi ventris liene & renibus venarum & arteriarum sanguis miscetur, & exactius concoquitur, elaboratur & repurgatur.

17. Ut autem Epati ad excipiendum superfluum excrementum vesicula addita & appensa est: ita hujus loco lieni, venam intra os ventriculi positam, datam esse ajunt, per quam aliquod crassum & austerum eructaret, quod ventriculum firmaret, dormit autemq̄, quasi appetentiam excitaret, superfluum autem sanguinis a dinte-  
stinum rectum alendum per ramum splenicum emitti, & unâ gravi-  
vioris excrementi portionem per caeca illius intestini spiracula cum  
ceteris fecibus alvo excludendam deijci, Tantum de prima opi-  
nionē.

18. Quibus secunda arridet sententia, sequentes habent rati-  
ones. Primò quoniam certissimum est in hepate triplex generari  
excrementum, tenue & supernatans scilicet bilem; aquosum &  
ferosum; deniq̄ crassum & terreum magis fœciq̄ respondens. Pri-  
oribus sua sunt purgationes, iisdemq̄ indiget hic terreus succus; ad  
expurgationem opus est receptaculo; quod non longè (siquidem ut  
terreus deorsum tendit) à coctionis officina distet. Nullum autem  
membrum ad hoc magis videtur idoneum, quam lienē.

19. Secundo lien maximè obnoxius est obstructionibus & schir-  
rosis tumoribus: non ratione substantiae, quae rara & instar spongiae  
solidioris; nec vasorum, quae sunt amplissima. Ergò ratione con-  
tenti humoris, qui, quod non sit tenuis sed crassus & fœculentus, in-  
dicant



dicant scirrhi & obstructiones. Gal. 13. M. M. 5. de simp. med.  
5. de sanic. tuenda.

20. Tertiò obstructo liene refluit ad Epar lutulentus sanguis, qui totum corpus efficit nigrum, unde Icterus niger; sicut obstructa vesiculâ flavescit totum corpus hinc icterus flavus. Tantum de secunda sententia.

21. Tertiae opinionis hæ sunt rationes. 1. Quia ad vitalem Spiritum requiruntur aër & sanguis: aër preparatur in pulmonibus; sanguis autem nec in dextro cordis ventriculo, nec in pulmonibus, Ergò in liene.

22. Secundò quia Hippocrati lib. 2. de morbis mulier: dicitur rarus & spongiosus & veluti alter pulmo.

23. Tertiò quod sit etiam in liene non minus ut in cerebro arteriarum plexus innumeri & mirabiles ut in testibus labyrinthea vasa, & in hepate venarum myriades. Nusquam autem sunt plexus, nisi ad elaborationem novam.

24. Quartò quod spleneticorum omnium symptomata exoluti & impuri spiritus signa sint certissima.

25. Nos opinione hac ultimâ relictâ, primam & secundam amplectimur, hanc quidem primariò, illam verò secundariò. Nam vim cuiusdam in lieni aliquo modo attribuimus cum Platero, sicut & Bauhinus pulchrè lib. 1. cap. 43. eandem sententiam sequentibus verbis declarat: Lien partem crassiorem & terrestriorem chyli in venis mesaraicis jam alterati & sanguinis aliquam dispositionem adepti ex venarum mesaraicarum trunco, contra quem chylus ad Epar feratur, ingenita facultate per portæ ramum splenicum ad se allicit, quo postmodum jecur rectius chyli partes laudabiliores attrahat; aliàs ipsius vasis à crasso illo crudoq; sanguine obstructis, non modo laudabilis sanguificatio fuisset impedita, sed etiam icteri, hydropes, febres, Scirrhi aliq; mala causata, ut fieri consuevit, quum lien suo officio non probè defungitur, vel ob imbecillitatem vel meatuum obstructionem crassam & terream

veam illam chyli partem non attrahit, quod etiam rami spleneticus, qui infra hepar est & nequaquam ab hepate prodit, comprobatur. Nec verisimile est succum crassissimum in hepate jam confectum per angustissimas hepatis venas regredi; non tamen negamus in hepate sanguinem melancholicum gigni, sed eum, qui pars massa sanguinea. Tandem paulò post concludit. Quare lien hepatis ad sanguinis confectionem opitulatur, partim quatenus sanguinem sui generis conficit, partim quatenus crassiorem succum ad generationem purioris sanguinis partim idoneum avertit, ut melior in hepate fiat sanguificatio, hacq; ratione sanguinem repurgare dicitur & quasi illustriorem reddere, hinc risus sedes lien antiquis dicebatur.

26. Lien itaq; ex trunco vena portae per ramum splenicum crassiorem ac terrestrem humorem trahit, ex quo nobiliorem sanguinem haurit, ut nutriatur, quòd vero noxium & excrementitium in eo est, ad ventriculum, ut supra dictum, remittit.

Figurae hae Lienis situm & magnitudinem, &c. delineant.



A. Superior, Lineam qua in liene apparet, ostendit.

A. Inferior, partem inferiorem.

B. C. Partes lienis dextras & sinistras.

E. E. Cavam partem lienis.

F. Partem sinistram lienis.

G. G. Alteram Epiploei portionem.

H. H. Portionem Epiploei lienis venas sustentantem.



27. Ultimo Rondeletius negavit lienem esse humoris melancholici receptaculum, quod humor, dum naturalis est, rotus in osses aliasq; duras & siccas corporis

corporis partes impendatur. Et cum ejus in nobis portio minima sit, ei excipiendo nullam partem dicatam esse, ut neq; sanguineis excrementis, quæ sudoribus & insensibili transpiratione abeunt. Hanc opinionem defendit etiam Erasistratus, ut docet Laurentius lib. 6. quæst. 25. sed præcedentibus rationibus refutari potest.

### DE ACCIDENTIBVS LIENIS.

1. Lien situs est in sinistro latere, ex aduerso jecoris, Gal. 4. us. part. 15. Arist. 3. part. 4. Vesal. lib. 5. cap. 9. Arist. 1. histor. cap. 18. 2. histor. 15. 3. post. 7. 4. generat. 4. Inde 6. Epidem.  $\delta\epsilon\ \sigma\acute{\iota}\gamma\omicron\nu$  per pleonasmum dicitur, parte sui sima & concava ad Epar & ventriculum vertitur, gibba autem ad spiranum costarum extrema, hac parte etiam alligatur diaphragmati, parte sima ventriculo membranarum peritonæi interventu.

2. Lien aliquando in dextris inventus est, Epar verò in sinistris, ut habet Schenkius lib. 3. observ. 53.

3. Communiter unus reperitur, rarò duo vel tres. Fallopius scribit lib. 4. c. 8. se Patavij in cadavere triplicem lienem invenisse, unum justæ magnitudinis, alterum dimidio minorem, tertium verò magnitudinis ovi columbini, Vidius Jun. lib. 10. cap. 10. de curat. morb: atque unumquemque suas venas, arterias & nervos habuisse, &c.

4. Aliquando planè nullus invenitur, ut recitat Bauhin. in lib. de partu Cesareo historiam, ubi sic ait: Anno à Christo 1564, die verò 11. Septembris hanc vitam reliquit Dominus Matthias Ortelius Mercator oppidi Antverpiensis celebris, natione Germanus. Duodecima verò facta fuit ejus corporis sectio à Chirurgis ejus rei peritis me præsentem Medico, ut constitutionem partium nutritioni servientium videremus, præcipuè hepatis & splenis, nam aliquot annis ante hydrope laboraverat, qui morbus, affectus Epatis primariò vel secundariò necessariò comitatur; cum quæ sub lepto transverso seu

diaphragmate atque costis nothis Epar & lienem quære-  
mus, ne vestigium quidem illarum partium invenimus. *Casus*  
*profectò inauditus & admirabilis*; at substantia omniū intestino-  
rum carnosæ prorsus erat, & multò solidior, quàm ipsa muscu-  
lorum caro, ut soliditate cordis carni ferè responderet, & ve-  
na cava ex ipsis intestinis suam originem sumebat, eo ferè mo-  
do, quo vena portæ in ipsis intestinis solet implantari. Hæc  
sanè causa fuit, quod toties inflammatione & abscessu intesti-  
norum laborarit: facilius enim, quod carnosum est, quam  
quod membranosum est inflàmatur & abscessibus torquetur.  
Nam carnosæ partes plus, membranosa verò minus sanguinis  
& humoris participant. *Hactenus ille. Plura exempla vide*  
*apud Laurentium, Schenkium, Posthium, & c.*

5. *Figura hujus pro ratione partium, quibus accumbit, variat.*

4. *usu part. 16. Arist. 1. hist. 18. Gibba enim, qua parte costis &*  
*diaphragmati adheret; cava autem, qua ventriculum spectat.*  
Archang. Laurent. Bauhin. d. l.

6. *Magnitudo non est una omnibus, 6. adm. annat. 10; sed*  
*in nonnullis grandior est lien, sicuti Fernelius scribit, visum fuisse*  
*aliquando lienem mole sua & magnitudine naturali Epar supe-*  
*rare; qualem etiam Vesalius lib. 5. cap. 9. describit Marcellus*  
*Donat. hist. mirabil. lib. 6. cap. 3. scribit; mulierem nobilem*  
*lienem adeò ingentem habuisse, ut universum abdominis spatium*  
*occuparet, & nihilominus filios plures peperisse. Columbus lib.*  
*15. lienes adeò grandes vidit, ut 20. librarum pondus unusquisq;*  
*ex his longè excederet. Vide Dn. Doct. Georgium Garne. in*  
*observat. proprijs. Magnitudo autem lienis plerunque dete-*  
*rior parvitate, & quibus corpus floret lien minuitur, quibus lien*  
*augetur, corpus minuitur. Unde Trajanus Imperator fiscum*  
*lienem appellabat, ut liene crescente, corpus reliquum extabescit;*  
*ita delitescit fisco populus depauperatur.*

7. *Quem-*

7. *Quemadmodum lienis magnitudo una & eadem omnibus non est, ita & nec unus & idem color, nam dum in utero gestamur, ruber, cum vero sumus adulti niger est; Platero subnigricans, est, Columbo sublividus, Archangelo rubro nigrore perfusus. Sues vero & boves albicantem magis, ut etiam docet Vesal. lib. 5. cap. 9. habent.*

8. *Temperamentum lienis respectu cutis calidum & humidum est, absolute autem frigidum & siccum, hoc arguitur a proprio nutrimento: nutritur enim sanguine melancholico, qui frigidus & siccus est: Mund. in sua Anato: Nicol. Nicola. tract. 2. Ser. 5. de dispos. sple.*

### Tantum de Liene.

## QVÆSTIONES.

### I.

#### An Lien sit causa risus?

*Resp. Non per se sed per accidens, quatenus scilicet sanguis huius beneficio clarior, lucidior & calidior fit, & hominem in negotijs peragendis strenuum, audentem, magnanimum & gaudentem reddit in partibus titillationem movet spiritalibus, per quam ridendi motus insurgit, arguens animi affectus. Unde dicitur:*

*Cor sapit & pulmo loquitur, fel commovet iras,  
Splen ridere facit, cogit amare jecur.*

*Veteres risus causam quasi vere in Epate, sed hanc opinionem a multis Physicis & Medicis in dubium vocatam videmus. Cardanus risus causam ex ipsius animæ domicilio deducendam esse putat, quam sententiam etiam Iulius Scaliger exercitat: 317. sect. 6. approbare videtur. Quæ dextrè intellecta contra nostram quoque non pugnat.*

II. An

**An lien Cursoribus, ne obsit, excindi possit?**

*Non pauci veteres censuerunt, hominem post lienem extractum ad cursum magis aptum esse, ut Arethæus Haliabbas, approbare videntur; Vnde etiam Plautus ait: Genua hunc cursorum deserunt, perij seditionem facit lien, occupat præcordia. Plura vide apud Plinium lib. 11. cap. 37. Bertinum in sua Medicina.*

*Nos dicimus, lienem quidem aliquando peculiare cursus impedimentum esse, at non affirmamus absque vitæ periculo eximi posse propter vasorum partium connexionem, & propter ipsius visceris usum, & necessitatem.*

**SOLI DEO GLORIA,**





de ut aliud videtur. fuit enim regis de fronte  
Primo offensio est in videri et gontibet. Reche  
fuit de fuit et ego p omni omnibus placeo no  
iudis quod in velle est f. qd' multib. et f. p.

**iii fuit Dupli m. d. e. m. m.**

It. itantes mei est. fuit et ego xpi. Inuo  
aures vos fuit. qd' per vna memorat. est  
et fuit hndi vobis p. v. p. m. m. t. t. t.  
Solo aut vos fuit. qd' omni vni caput xpi.  
est caput. it muliere. et caput vobis xpi. et  
Doms. omni. et. p. l. et. m. v. l. a. t. o. a. p. p. t. e.  
Duxit caput fuit. Doms. et mulier. omni. a.

It. tantes non velle. caput. Duxit caput fuit.


Dum est em. a. f. d. t. h. u. s. **R**am. si non  
v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. d. e. n. t. **S**i vno fuit. d.  
mulier. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e.

**A**lii iudis non velle. velle. caput fuit. p. m.  
magis est. et gl. m. i. v. **P**ulchri. et gl. m. i. v.  
vni. **S**on. em. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e.

vno. **A**lii non est. a. m. b. u. s. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e.  
f. f. u. l. v. p. p. e. v. n. i. **S**i vno. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e.

l. m. v. n. i. b. u. l. e. e. f. u. r. m. a. t. i. p. p. a. a. g. d. e. s. **S**  
v. n. i. m. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e.  
v. n. i. v. n. o. m. d. m. o. **S**on. f. u. l. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e. v. l. a. t. i. m. u. l. i. e. r. e.





7

TATIO  
atomicarum V I.

IENE

M. A.

RESIDIO

NOBLOCHII,  
; Med. & Phil.D.

rgensium Academia  
am suscipiet

berlinus Spi-  
striacus.

horis & loco notis.

ER GA E,  
per Iohan. Gorman.

17 CVII.

